



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvscvla Sacra Matthaei Raderi E Societ: Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

Capvt III. Qui nulla sua culpa pro simplicibus, fatuis, insanis habiti, in sui contemptu triumpharunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42973

QVI NULLA SVA CVL-
PA PRO SIMPLICIBVS, FA-
TVIS, INSANIS HABITI, IN
ipso contemptu sui trium-
pharunt.

CAPVT IIII.

SV multorum constat
excelsam indolem nullis impro-
borum vel contumeliis frangi, vel
conuitiis, sarcasms, irrisionibus succumbe-
re: Taceo pudenda cynicorum impuden-
tiam: Socratis laudo sapientiam, quam to-
ta adorauit antiquitas, Apollinis etiam sena-
rio testatam.

Ἀνδρῶν ἀπάντων Σωκράτης σοφώτατος
quæ nullis tamen cessit malis ac probris.
Xantippe illum prius maledictis infectata,
postea etiam fœda humoris eluuie perfudit.
Quod ipse importunæ fæminæ factum ioco
eludit: Nonne, inquit, dicebam Xantippen
tonantem, imbrem etiam effusuram, qui-
bus Xantippes quotidianis allatrationibus
vt strepentibus trochleis assueuerat. Quin
& in publico theatro Athenis ab Aristopha-
ne comico palam ἐν νεφέλαις irrisus, cum
peregri-

peregrini quærent quis esset ille Socrates. *Elia. 1. 2. 9. an*
 Ipsemet surrexit, & ultra spectandum se & *11. histor. L. 10.*
 irridendum omnibus propinavit. Monitus *ertius 573 So-*
 ab amicis ut in spectaculum non veniret, se *crace.*
 venturū dixit, aut enim falsa sibi obiectū iri,
 aut vera: falsa contēnenda; vera emendan-
 da. Generosus profecto animus in homine
 pagano, quē rarō etiam in Christiano repe-
 rias. Sed offendit in aliis, qui mundū, per
 ipsum fuisset, lupanar fecisset, ut in iustorū *Saluianus*
 virorum censum venire nullo modo possit. *lib. 7. de iud.*
& prud. Dei.

IOB.

E Versus hic omnibus bonis, & corpore *Iob. 2.*
 toto sanie tabeque fluente (cum nulla
 indignatione animi, more hominum tan-
 geretur, imò verò Deum laudibus celebra-
 ret) ut omni posteritati velut in theatro
 mundi spectaculū tolerantiae ostenderetur,
 primum omnium à stolidā vxore, pro sim-
 plici homine & fatuo irrisus est: *adhuc*, in-
 quit illa intemperies, *manes in tua simplicitate:*
Benedic Deo & morere. Deinde se consputum *Iob. c. 30.*
 ait & in fabulam versum stultorum.

SAMSON.

Nota est giganteū Samsonis robur quo *Iudith. 16.*
 tot millia hostium confecit. Idem ta-
 KK 5 men.

men puellæ infidiis circumventus, robore corporis exutus, vinculis constrictus luminibusque multatus ludibrium hostibus fuit, vt & in pistrinum compactus moleret, & in publica panegyri eductus ad spectaculum luderet; sed ludus ille mox hostibus vertit in luctum, quando Samson concussas geminis brachiis columnas instar ceræ inflexit, & totum spectaculum pilis innixum, eisdem subtractis, maxima vi supra tria spectatorum millia elisit. Enimverò hæc omnia Christum spectabant, cuius illi veteres personam sæpe referebant.

IESVS CHRISTVS.

Illa mens patris atq; æterna sapientia, Dei inquam filius ab humana stultitia profano, furioso, præstigiatore risus, lusus, insputus, colaphis per ludibrium aliisque sexcentis fannis & indignitatibus acceptus & abiectus est, vt merito se *vermem*, & non *hominem* sed *opprobrium hominum* factum dequestus sit. Quid enim? Nonne furiosum existimarunt, cum exissent vt tenerent eum, quoniam *in furorem versus est*, inquit ipsi municipes eius apud Marcum. Vbi & magum & Samaritanum à malo genio infessum impiis maledictis appellitarunt. Quid? Nonne in Cai-

Psal. 21.

Marc. 3.

in Caiphæ palatio omnibus sannis expofus, fatui ritu caput velatus, colaphis plexus, audiit: Age Chrifte, quia vates es, vaticinare à quo vapulaueris? Nonne *saturatus est opprobriis*, nonne *factus est in derisum omni populo*? Hier. 3. Quid erat indignius atque fœreniffimam æterni regis frontem, fputis (ô facinus in vltimum inferorum chaos demergendum,) phlegmatifque confpurcare.

Quibus modis imperatorem mundi Deū impius tyrannus exceperit? Quid non aulica petulantia in illum expromfit, cum velut limphatum & fanaticū alba lacerna tectum per urbem totam traducerent? Quid militaris insolentia non aufa in facrofanctum caput? postquam flagris tantum non exanimato è paliuris & vepreto contextam pro diademate fasciam infigunt magis quàm imponunt; pro fceptro cannam porrigunt; pro toga palmata trabeæue, depexam decutemque lacernam, fugientis purpuræ speciẽ imitantem inijciunt; regem ludibundi confalutant, alapas ducunt, facrum verticem arundine feriunt, faciem inſputant. Ac demum pro folio crucem regi noſtro, *Iudeis scandalum, gentibus ſultitiã*, defigunt, nec ab acerbitate ſarcaſmorũ deſiſtũt, quoad animã edat. Qua animi conſtãtia hæc omnia indignitatũ genera

Tbr. 2.

Cor. 1. 1. 1.

*Lucæ 12.*genera pettulerit ipse docet, cum ait: *Bap-**Lucæ 22.*tismo autem habes baptizari, & quomodo coarctor,
donec perficiatur. Et: *desiderio desideravi hoc pascha**Math. 16.**manducare vobiscum. Exultavit nempe ut gigas*
*ad currenda viam suam, viam crucis, ad quam**Gradu. 4.**nos inuitavit magister. Qui vult me sequi, tollat*
*crucem suam & sequatur me. Nec vllum genus**B.P. Ignatius Christi studiosus imitator.**atque contumeliæ, conuiuia, iniuriæ, irrisiones, saanæ Christi causa perlatæ. Climacus illum nobis diem periisse affirmat, quoniam nihil contumeliarum perpeffi sumus: illas ut lac & mel bibedas verè docet. Et auctor nostræ Societatis B. Ignatius in legibus, quas sociis dixit, hanc vndecimam posuit: Diligenter animaduertant oportet (magni faciendo summi- que momenti id esse dicendo in conspectu Creatoris ac Domini nostri) quanto opere inuet ac conferat ad vitæ spiritualis profectum omnino, & non ex parte abhorre ab omnibus quæ mundus amat & amplectitur, & admittere & concupiscere totis viribus quicquid Christus Dominus noster amavit & amplexus est. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea, quæ mundi sunt, sequuntur & diligunt & quærunt magna cum diligentia, honores scilicet, famam, magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos edocet: Sic qui procedunt in spiritu & serio Christum dominum nostrum sequuntur, amant,*

amant & ardentè exoptant, quæ in omnino con-
traria sunt, indui nimirò eadem veste, ac insignibus
domini sui pro ipsius amore, ac reuerentiâ, adeo ut si si-
ne offensione ulla diuinæ Maiestatis & absq; proxi-
mi peccato foret, vellent contumelias, falsa testimo-
nia & iniurias pati, ac stulti haberi & existimari
(nulla tamen ad id per eos data occasione) eo quod
exoptant a simulari ac imitari aliquo modo creato-
rem ac dominum nostrum IESVM Christum, eius-
que vestibus, & insignibus indui: Quandoquidem
illa ipse propter maiore profectum nostrum spiritu-
alem induit, nobisque exemplum dedit, ut in o-
mnibus quoad eius fieri poterit, diuina gratia aspi-
rante, eum imitari & sequi, cum vera sit via, quæ
ducit homines ad vitâ, velimus. Quod ipse studi-
osissimè tota vita affectabat, sic enim Riba-
deneira. Ludibrio omnibus se cupiebat esse: Etsi a-
nimo indulgere suo voluisset, nudus, despiciatus, &
oppletus sordibus, ut insanus haberetur, per vicus
ambulasset. Sed hunc humilitatis affectum proxi-
morum utilitas reprimebat, & charitas: Cui ut fru-
ctuosus deseruiret, auctoritatis etiam suæ, ac per-
sonæ ratione habuit. Et Maffeijs: Quoties vero in-
gesta in illum conuitia & ludibria reputaret apud
se; non modo rei atrocitate permouebatur ut multi,
sed etiam accendebatur generoso quodam imitandi
studio; atque in semetipsum quasi tanti sceleris au-
ctorem acerrimè exardescebat: Ac nisi eum cohi-
buis-

lib. 5. cap. 3.

Maffeijs li-
bro. 3. cap. 3.

buiffes exiftimationis ratio propter salutem aliorum;
 simulata dementia, ad plebem in fe concitandā, nu-
 dus onufusq; cornibus, aut alio feedo corporis habi-
 tu prodire non dubitaffet in publicum; & inceffen-
 tes caeno vel stercore pueros, vocefq; improbas, & om-
 nes alias infane multitudinis contumelias libentif-
 fine perculiffet. Graue per id tempus inter Chrifti-
 anos reges vigeat bellum, & praecipua quaeque Cis-
 alpinae Galliae loca, vel Hispanicis vel Gallicis praefi-
 diis tenebantur. Cumq; ob id ipfum valde infefta ca-
 dibus ac latrocinij itinera effe conftaret, admonitus
 a bonis quibusdam viris Ignatius eft, vt per occultos
 tramites a via regia declinaret, ni cum ingenti viro
 periculo in manus militum velit incidere. At ille
 quem ardens odium fui, & amor imitanda Chri-
 fti patientiae intrepidum redderet, recta nihilominus
 ire perrexit, neq; ita multum via procefferat, cum
 ad oppidū, nescio quod, in ftationes circumfidentium
 Hispanorum incurrit, qui tam periculofa ac fufpicio-
 fo tempore exploratorem fine dubio rati comprehen-
 sum Ignatium & in domunculam quandam fe-
 ductum, blande primum interrogant, deinde om-
 ni veftimento, & ipsis denique calceis ferociter exu-
 unt, fingulas partes proterue fimul & curiofe per-
 tractant, numquid ad obfeffos vel nuntii, vel littera-
 rum afferat, diligenter exquirunt. cum nihil eo-
 rum, quae putauerant, neq; percunctando eliceret, ne-
 que perfcrutando inuenirent, ira commoti, atqui to

Præfetto ssystemus, inquit, & confessionem, quam
 pernaciter suppressis, exprimemus. Cum nihil re-
 cusaret Ignatius, ac tantummodo peteret, ut sua se-
 tunica tectum incedere paterentur, illi vero, ludi-
 brii & ignominia causa braccatum per media ca-
 stra, vulgo inspectante atq; irridente perducunt,
 quam ille tam insignem contumeliam excepit ac su-
 bit alacer, cum aliis nominibus, tum præcipue quod
 interea sibi species quadam est obiecta Christi domi-
 ni, cum à Pilato per mediam urbem ad Herodis
 tribunalia missus esset, ab eo per summam iniuriam
 atq; indignitatem spreto & illusi, & vniuerso irri-
 dente ac sibilante populo, per hominum ora semel i-
 terumq; traducti: cuius opprobrii se quoq; factum
 esse, vicuna participem mirifice lacrabatur. Sed ubi
 ad Præfetti diuersorium appropinquauit, repenti-
 no quodam timore perfusus, cepit subito cogitare a-
 pud se, quonam modo ipsum alloqueretur. Etenim
 Ignatius, quod olim in regia sermonis flosculos &
 verborum elegantiam nimium studiosè captasset,
 ad eam vanitatem expiandam, consilio post conuer-
 sionem instituerat rudi & agresti sermone cum ip-
 sis quoq; dynastis ac principibus agere, & quo magis
 vulgo contemneretur, omne liberalioris educa-
 tionis & nobilitatis indicium studiosè celare. Tum
 igitur subiit illius animum, expediret ne tali
 tempore quidpiã de suscepta seu tarditate, seu rusti-
 citate deponere. Sed cum rem totam accuratus

B. Ignatius
 Christum ab
 Herode irri-
 sum & illu-
 sum iustia-
 tur.

intuens, ab humano timore profectam animaduer-
 sisset, vsque adeo in semetipsum concitatus est animo,
 vt nulla habita ratione periculi, non modo mutata
 consuetudine ad orationis lenocinia non descendere,
 sed nullum prorsus neque gestus, neque verborum
 honorem habere Praefecto decreuit. Quae res cui-
 am fortasse temeritatis potius quam consilii videa-
 tur esse: Sed utique seruorum Dei, praesertim in ip-
 so seruiore paenitentiae, facta vel dicta, ad commune
 sensum & normam exigenda non sunt. Cum igitur
 coram illo stetisset, ut erat seminudus & squalidus, no-
 aperto quidem capite, oculos humi defigit. multa ac
 varia sciscitanti nullam omnino reddit vocem tantum
 ad illam interrogationem, es ne speculator? Non esse re-
 spondit; idque ob eam causam, ne si nihil contradixisset,
 silentio ipso, quod aiunt, rem affirmasse & me-
 rito quaesitorem in suam perniciem efferasse videre-
 tur. Tum ille insanum ratus Ignatium acriter mili-
 tes increpat quod in conspectu suum, non bene cog-
 nita re, dementem adduxerint, & simul, abigite hunc,
 inquit, liberumque dimittite, qua reprehensione ma-
 gis magisque irritati, cum aduersus ducem hisce-
 re non auderet, sui doloris poenas ab innocente Igna-
 tio repetunt. nec modo iurgia & probra certatim
 ingerere, sed etiam impetu facto, pugnis, cubitis, cal-
 cibus hominis latera faciemque contundere, mira-
 biliter in ipso verberum dolore letantis, quod aliquid
 innoxio sibi ad Christi Domini exemplum perpeti

contigisset. Cumque verberando & conuitiando fessi
denique destitissent, miseratus alius quidam miles
excepit exanimem, ac fouit, ciboque recreatum in se-
quenti luce tutum abire permisit.

APOSTOLI.

HAud ignaui milites sui Imperatoris de-
cus emulabantur; ibant enim gaudentes à *Act. 3*
conspicui concilii, quoniam digni habiti sunt pro no-
mine Iesu contumeliam pati. Irrisi quoque sunt à
multis, cum omnium gentium linguis loque-
rentur. Et D. Paulus: Puto enim quod Deus nos *1. Cor. 4.*
Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti desti-
natos: quia spectaculum facti sumus mundo, & an-
gelis & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos
autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem for-
tes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc
horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, &
colaphis cadimur, & instabiles sumus, & laboramus
operantes manibus nostris. Maledicimur & benedici-
mur: persecutionem patimur & sustinemus. Blasphema-
mur, & obsecramus. Tanquam purgamenta hu-
ius mundi facti sumus, omnium peripsa
usque adhuc.

LL SPAV-

S. PAVLVS.

Act. 16. **C**um apud Festum & Agrippam Paulus causam ex vinculis diceret, & rationes vitæ suæ atque doctrinæ exponeret & Christum rediuuum, seseq; ab eo ad religionem Christianam vocatum doceret, exclamauit Festus: *Insanis Paule, multa te literæ ad insaniam*

Act. 17. conuertunt. Ita visum pagano præfidi & rerum diuinarum prorsus rudi, vt vitam Pauli, insaniam putaret. Risu quoque exceptus est, cum Athenis in grauissimo, vt credebatur, & sanctissimo Areopagitarum senatu verba faceret de re dicitur in vitam animis: adeo cœcarunt humanam mentem vitæ præsentis corruptelæ, vt ipsa sapientum sapientia ad stultitiam fuerit redacta, quæ sapientiam ipsam irrisit.

SENIOR APVD
Cassianum.

Exagitatus pater sanctus à petulanti plebe Alexandrina nondum Christiana, rogatusque, ecquæ mira Christus præter naturæ modum fecisset: *Hec, inquit, quod ego conuictis & iniuriis vestris lacescit ad indignationem ipsam moueat.*

PHI.

PHILOSOPHI DISCI-
pulus.

NEscio quid in alios peccarit tirunculus *Historia Pa-*
 quidam Christi, qui veniam à magistro *trum, parte 2*
 suo orarat, nec alia cōditione impetrare po- *cap. 80.*
 terat, quam vt toto triennio aliorum onera
 ferret. Tulit, rediit, pacem petiuit: Quam se
 rursus ei negaturum dixit, nisi altero trien-
 nio daret mercedem iis à quibus contumeli-
 is & conuitiis appetere: & hoc præcep-
 tum sui præceptoris exhausit: Tum philo-
 sophus, ades ergo, inquit, vt experiar quid
 profeceris: ductus Athenas cum à sapiente
 illic viro ad ipsam portam sedente contume-
 liosè allatraretur, cœpit ridere iuuenis: mi-
 raturus alter: Quid hoc rei, inquit, tu sannis à
 me explosus rideas? Nō rideam, inquit disci-
 pulus, tres annos mercedem solui iis qui me
 contumeliis onerarunt, hodie gratis id abs-
 te patior. Attonitus Atheniensis: Ingredere,
 inquit, urbem, dignus cœtu sa-
 pientum.

2

LL 2

ALIVS.

ALIVS

DOce me Pater, inquit, vnum aliquid, quod custodiā, vt potiar cœlo: Potin', inquit Senior, conuitia pati? Perinde quasi caput salutis in tolerantia contemptus & despicientiz consisteret: nec abs re, cum

Luc. 21. Christus dicat: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

S. PAVLA.

*Hieronymus
in eius epi-
stapho.*

IN hoc stadio patientiæ adeo exercitata erat nobilissima fœmina, verum exemplum seculi, vti nulla re à constantia animi statuq; tranquillitatis dimoueri posset. Hominum improborum impiam linguæ procacitatem effugere non poterat: nec cupiebat. Audierat se quorundam opinione stultam ac emotæ mentis iudicari: *Et spectaculum*, inquit, *fati sumus mundo, angelis & hominibus*: Et: *Nos stulti propter Christum; sed stultum Dei sapientius est hominibus*. Vnde & Christus loquitur ad Patrem, *tu scis insipientiam meam*: Et: *Tanquam prodigium factus sum multis*: Et: *Vt iumentum factus sum apud te*.

1. Cor. 4.

Psal. 68.

Psal. 70.

Psal. 72.

ANA.

ANACHORETA subulcus.

A Scetæ sancti vbi longa exercitatione ad *Vit. PP. par-*
 aliquam animi tranquillitatem aspira- *te 2. parag.*
 runt, subinde per infidiosas cogitationum ^{142.}
 technas labuntur in arrogantiam & sui ad-
 mirationem, vti seipfos circumspiciant, & se
 iam ad supremum virtutis gradum peruenisse
 existiment, cum nemo sit, qui illis obnita-
 tur, aut illorū patientiam exerceat. In huius-
 modi defixus vnus quidam anachoreta me-
 ditatione, cætera non malus, petiuit ab ani-
 morum vero censore, & intimo cogitationū
 arbitro Deo, vti sibi aperire ne dedignaretur,
 qua via ad summam virtutis perfectionem,
 si eam assecutus nondum esset, contenderet?
 audiit preces alumni sui bonus Deus, & abi,
 inquit, ad archimandritam (certum indige-
 tabat) & quicquid ille tibi imperarit, exequere.
 Interibi Deus cœnobiarcham docuit quid
 fieri vellet, vbi hospes ille adueniret. Veniē-
 tem humaniter primum excipit, & cum asse-
 disse: Ille peregrinus: Dic Pater quid agam
 vt salutem indipiscar? Vin', inquit alter, ex-
 qui quod imperaro? Annuenti: age ergo, in-
 quit flagellū hoc cape, & inibi porcos pasce.
 properavit annis confectus senex, & multis

LL 3 ob

ob virtutis famam non ignotus, porcos sequi non erubuit, Monstratus etiam digito multorum: En illud silicernium in amentiam versum, ut alter Ajax porcorum gregem inuasit, & à cœlesti vita ad subulci conditionē descendit. Vidit clemens DE vs humilem boni senis laborem, & ad modestiam animū vsquequaque compositum, mandavitq; illi, us arbitro, remitteret gratum sibi seruum ad suam quietem. Voluit opinor cœlestis prudentia religiosæ iuventuti senilem ostendere virtutem obedientiæ, ut nullum obsequium quamvis abiectum auderet detrectare, ubi venerandam canitiem spectasset vilissimum infimæ sortis officium promptè exequentem.

S. EDVARDVS REX Anglorum.

Ealredus in Vita S. Eduardi. **H**ibernus quidam domo, vsu pedum captus sextum profectus in Angliam ad S. Petri celebrem in vrbe regia ædem, B. Petro supplex accidit, uti sibi vitium pedum, ut olim claudio ad speciosam portam Hierosolymis sedenti, corrigeret, gratum se memorique beneficii in omnem vitam fore. Iussus à S. Petro Eduardum adire, rogareque ut hume

humeris regiis ad S. Petri, quod templum in xta regiam Eduardi erat, ferretur, adiit, rogauit, impetrauit. pependit informis sarcina a regio tergo, & risum mouit spectanti ciuitati, quæ principem suum nimis simplicem, adeoque fatuum arbitrata à peregrino errore deceptum & inductum iudicauit, quoad in ipso itu miseri naturam emendatam admirari conspexere.

Ealredus (Ethelredum plures scribunt) rem his verbis exponit. *Cum in palatio iuxta Ecclesiam beati Petri rex aliquando moraretur, superuenit quidam vir mirabilis, Hybernicus genere, pedis utriusq; priuatus officio: (Nerui enim in poplite contracti, ad posteriores corporis partes crura retorserunt, tali natibus inhaeserant, immerisque carnibus pedum articuli, à lumbis eius & deorsum corpus omne peruerterant. Porrectis ad terram manibus, & scammis suppositis repebat, & factus sibi metipso grauis traheret se post se.) Hic videns regis cubicularium, ait ad eum: Hugoline, non me respicies, nec miseraberis, nec monebit te mea tanta calamitas? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper: Sexies, inquit, Apostolorum limina repens (ut cernis) uisitauit, & sanitatem nec dum promerui. Quam tamen mihi Apostolorum princeps non negauit, sed distulit, socium in hoc miraculo habere uolens Eduardum, quem sibi nouit in omnibus esse deuotum.* Ab ipso enim Apostola

in mandatis accepi regem adire, ut me suo sacro sub-
 uectum dorso ad ecclesiam eius, quae palatio vicina est,
 perferat, recepturum, si id fecerit, membrorum meo-
 rum integram sanitatem. Haec ubi nunciata sunt re-
 gi gratias agit Deo; & citatus mox aeger accessit. Rex
 vero ut spiritalis ille a finus fortis, accubans in termi-
 nis, supposuit humeros suos ad portandum. Pendet de
 humero tanti principis plenus sordibus pauper, squa-
 lidis manibus, brachiaque squamosis regium illud pe-
 ctus collumque complectitur. Interea ex assistentibus vi-
 debant nonnulli alii à paupere regem delusum ioca-
 bantur, alii simplicitatem iusti, fatuitatem iudica-
 bant. Cum itaque rex paululum processisset, subito
 nervi extenduntur, rigantur ossa, carnes marcida re-
 calefcunt, emergunt à carne articuli, pedes à natibus
 solvantur. Distendit homo crura, poplite iam flexibili,
 & sanie cum sanguine profluente, vestis regia orna-
 tur potius quam fœdatur. Iam tunc satis esse clamant
 omnes sanatum languidum, onus ac sordes ulcerum
 deponendum. Ille vero memor præcepti quod suscepe-
 rat, Syrenarum cantus obrurata anre pertransit; in-
 gressusque Ecclesiam, ante sanctum altare holocau-
 stum, quod detulerat, Deo ac beato Petro resignat, in-
 columemque dimisit. Suscepto autem à Rege itineris
 viatico, ac turis DEO & sancto Petro gratias Romam
 profectus est. Affine huic quod de S. Stephano
 Hungarorum rege Surius affert in hunc mo-
 dum.

Quadam

Quadam nocte diuino permotus instinctu, nemine
 sciente, crumenam nummis plenam accipiens, pusil-
 lum Christi gregem solus inuisit. Et ecce pauperes cæ-
 lestis thesauri distribuenda pecunia* nimirum inhi- * f. nimirum.
 antes, beati viri barbam euulserunt, ea improbitate
 illius meritis testimonium perhibentes. At ille gaudio
 perfusus ingenti, ad beatissimam creatoris omnium
 matrem se confert, humi prostratus gratias agens,
 exclamat: Regina caelestis, & mea, en quem tu regem
 constituisti, eum sic honorarunt milites tui. Quae si mi-
 hi ab aliquo hoste illata esset iniuria, tuo freris adiu-
 torio, non sinerem eam inultam abire. At nunc sciens
 hinc mihi parari aeternam felicitatem, impense laetor,
 gratias agens, illis piissimi Saluatoris consolatoris
 verbis, quibus discipulos suos confirmauit, capillus, in-
 quiens, de capite vestro non peribit. His dictis, cum se
 vir caelesti gratia & spiritali charismate perfusum
 sentiret statuit nunquam pectoris sui ostia opem pos-
 sentibus claudere. Atque deinceps per seipsum &
 alios, praecipue tamen Christi seruos & familiares
 nempe Clericos & Monachos, caelitus sibi datas facul-
 tates pauperibus impertit, in aeternis thesauris per il-
 lorum manus reponendas.

Carolus Borromaeus nuper religionibus
 caelestibus consecratum sapientia insipienti-
 um spiritualem stultum appellauit, ipsi de-
 mum in vera stultitia deprehensi vel olim
 deprehendendi.

LL 5

Hæc

Hæc & his multo plura hoc loco colloca-
rem, omnes enim historiae religiosorum ple-
næ sunt hac sincera simplicitate. Sed multo
simplicior est mundus omnibus his quos vel
in speciem fatuos vel simplices posuimus.
Aduerte animum, & accipe quib' modis pa-
radoxæ mundi Angelus B. Arsenio mōstratit.

Solebat Arsenius aliquando quidem patrum
actionibus, aliquando autem etiam sermonibus in-
uadere proximos. Aliquando vero suos narrare acti-
ones & contemplationes sub persona alterius, ne eum
inuaderet vitium arrogantia. Cuiusmodi est id,
quod est propositum. Dicebat enim: Quidam senex
Monachus in sua cella sedens audiuit supernæ vocem
dicentem: Ades dum, & ostendam tibi quomodo se
habeant opera hominum. Surrexit ergo & exiit, &
ducentem sequens angelum, ambulabat. Cum autem
is, qui apparuerat, in quodā loco substitisset, et Æthio-
pem ostendit ligna scindentem, quibus alligauit qui-
dem onus non facile ad tollendum humeris. Cum autē
alligasset & conaretur tollere, non potuit propter pon-
dus. Is vero alia quoque adiciebat. Deinde cum eum
paululum traduxisset, ostendit rursus alium, qui ex
quodam lacu aquam hauriebat, & eam in perfora-
tum canalem infundebat: ex eoque effluebat aqua
& dispergebatur. Præterea ostendit ei templū maxi-
mum, in quo duo viri equis insidentes, & maximum
quoddam lignum transversum inferentes, sic quidem

corde

gnabantur statim per portam ingredi: sed non paterant, quoniam, ut dixi, lignum ferebat oblique: neuter autem volebat id ex altera parte dimittere, & sic introducere. Horum solutionem aperuit is, qui sensu apparuerat, dicens: Qui lignum quidem portant, ij sunt qui propria confidentes iustitia, ad viam humilitatis omnem sibi obstruunt aditum: & ideo ut foris maneat, & ut à regno cælorum arceantur, ij sibi causa sunt. Qui vero fundit aquam in canalem perforatum, bona quidem facit opera, ieiunat, orat, beneficit: sed cum ea nolit ita facere, ut fiant solum coram Dei oculis, sed studet etiam videri ab hominibus, & ideo frustra operatur, & mercede qua debetur, privatur. Qui autem ligna scindit, & onus conficit, is est, qui multis quidem grauiatur peccatis. Pro eo autem quod ei deberet rescare penitentia & diligentia, ostenditur alia potius addere.

DE S. ISAACO SYRO non esse iusti contemptus causam dandam.

Narrauit hic Isaacus anachoreta, à se olim conuentum esse asceram natu grandem & virtutis omnis exemplum, à quo sic admodum dilectus; literarum porro fuisse rudem, sed rerum diuinarum cognitione pollentem & fulgentem, ingenio sublimi, &
qui

qui nihil, nisi quod à cœlesti gratia profectū accepisset, loqueretur. Hunc ego collocut⁹, Pater inquam, impellor nescio quo cogitationum consilio, vt die Dominica abeam ad porticum templi in vrbe ibique pro foribus ædis sacræ sedeam, & prima luce incipiam ibi palam ientare, vt ciues & quicumque ingrediuntur egrediunturq; me (vti gulæ mancipium) contempnant. Ad hunc senior; quicumque malo exemplo offendit alios, non videbit, vt traditum est, lumen. Teneo nouit in hac regione, nemo vitæ tuæ rationem intelligit, sed omnes offensi dicent: Monachi etiā ante solem natum incipiunt vorare. Præsertim lædentur religiosi tirones qui nondum firmarunt iudicium, & de te tamen magnam virtutis opinionem conceperunt, multumque tuo exemplo profecerunt, proficientque in dies; qui vbi te viderint tale quid designantem, magnum inde detrimētum capient virtutis. Veteres proinde Patres hæc quædam absurda & paradoxa fecerunt, vt operum admirabilium, quæ supra vim naturæ efficiebant, gloriam velarēt, & vitæ sanctissimæ quam agebant, famam opprimerent, adeoque pro laude populari sibi ignominiam conciliarent, & superbix causas & occasiones ad inferos amandarent.

Te ve-

αρχαίοι
αὐτὸ λφί.

Teve
re? An i
gradus
ro hæc
non fui
la est in
vnus ex
seris, p
fensum
bus ex a
perfect
piditate
medio
cendor
profun
dia & d
perfect
imbeci
ram eu
volunt
imperi
magna
oribus
paulati
omnib
stitutio
obseru
modu

Teuerò quid vrget vt huiusmodi quid con-
re? An ignoras etiam religiosæ vitæ esse suos
gradus, & tatem, ordinem & tempus? Tibi ve-
ro hæc singularis & seiuncta viuendi ratio
non fuit, nec est, neque fama nominis tui vl-
la est in hoc genere vitæ, sed perinde ac aliū
vnus ex numero religiosorum fratrum cen-
seris, proinde & tibi nocitū ibis, & alios of-
fensum. Præterea hoc genus vitæ non omni-
bus ex æquo cōuenit, sed magnis duntaxat &
perfectis Patribus, qui sensus corporis & cu-
piditates mactauerunt; tironibus vero, & in
medio adhuc certamine desideriorum vin-
cendorū versantibus officiant magis quam
profunt. Quapropter arcta sensuum custo-
dia & disciplina indigent. Illi vero sancti &
perfecti Patres iam limites omnes humanæ
imbecillitatis & sensuum premendorum cu-
ram euaserunt, quibus ad vsum sanctum vi-
volunt, seruiunt. Alii vero rerum gerendarū
improxi negotiatores, in maximis causis
magna sibi concinnant nocumenta; in leui-
oribus verò & facilioribus ad perfectionem
paulatim progrediuntur. Et rursus, vt dixi,
omnibus rebus est suus quidam ordo, & in-
stitutio, processus, & tempus, quod qui non
obseruat, pro commodo duplex sibi incom-
modum parit. Quod si tamen contentum
tui

tui desideras, da operam, vt, si qua tibi, in vsu vitæ quotidianæ contumelia inuito ingeratur, illam cum gaudio excipias patiare & sustineas, neq; in de perturberis, neq; odio insecteris tibi conuitiantem.

Præclarum senis consilium, nam sine labore plerumq; toleramus, quæ ipsi quæsumus mala, sed quæ nobis aliunde inferuntur, quamuis leuiores, indignabundi reuicimus. Magna quotidie seges & materia patientiæ offertur, iis qui inter multos degunt. Diuersa sunt studia hominum, varia ingenia. Nemo omnibus horis, satis omnibus videtur sapere. Habebis in dies & horas quod patiare, si exercere patientiam cupias, nec erit opus vt quæras crucem, decem pro vna se vbique offerent non quæsitæ. Hoc ego desiderium patiendi, & vsu cum opus est, facile quæsitis contumeliis ante posuerim semper. Quod à tironibus religiosis maximè custodiendum puto, quos subinde spiritus impetus, non ex consilio Patrum temperatus, rapit ad quædam paradoxa, quos velim S. Isaaci huius exemplum sequi, nec quicquam suo iudicio tentare, nisi prius à Patribus rerum cœlestium consultis intelligant, rem Deo charam gratamque se facturos. Non sumus in perfectissimorum censu, nec illam ἀπάθεια sanctissimorum Patrum

asscuri

allecti, qui perinde laudibus ac contumeliis, afficiebantur, Ponamus nos inter infimos religiosæ vitæ agonistas, vt ad medios aspiremus, per quos velut ab hastatis ad principes peruenire possimus.

MANTISSA DE SIMPLICIUM QVORVNDAM DICTIS FACTISQUE.

CAPVT V.

Hec pertinent illa nobilia certamina inter philosophos paganos & simplices Christianos commissa. rem exponit Socrates, Sozomenus & Ruffinus: Paulo ante quam Episcopi in locum vnum conuenerant, dialectici in quibusdam disputandi tanquam prelustionibus aduersus plerosq; se exercuerunt. Ac cum nonnulli quasi illecebris ad differendū traherentur, Laicus quidam ex confessorum numero, simplici ac sincero animo præditus, cum dialecticis illis congregitur, sicq; contra illos verba facit: Christum certe & Apostolos artem differendi neutiquam nobis tradidisse, neque lascio superinanes fallacias, sed mentem apertam & simpliciter superbam, qua fide & operibus integra seruari solet. Quæ sophista summum dixisset, cum alii omnes qui aderant, & eum admirati sunt & illius approbauerunt sententiam;

Socrates l. i. cap. 5.

*A simplici
tur superba
sophista
sententia.*

21710